

*Instrumentum refutationis, remissionis
et cessionis di Ilario de Venetiis, priore
del monastero certosino di San Lorenzo
di Padula, a favore dei procuratori
del clero di San Michele di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum refutationis, remissionis
et cessionis di Ilario de Venetiis, priore
del monastero certosino di San Lorenzo
di Padula, a favore dei procuratori
del clero di San Michele di Potenza*

1481 luglio 18

† In nomine domini nostri lesu Christi, amen. Anno a
nativitate ipsius millesimo quatricentesimo octuagesimo
primo, regnante serenissimo et inclito domino domino
nostro Ferdinando de Aragonia Dey gratia rege
Hierusalem, Ungarie et Sicilie, regnorum vero ipsius
anno vicesimo secundo, feliciter, amen, die decimo
octavo mensis iulii instantis anni. XIII^{le}. indictionis, aput
terram Padule, provincie Principatus.

Nos Berardinus Macza de dicta terra Padule regius
ad contractus iudex, Antonellus Bucza de eadem
terra puplicus ubilibet per totum predictum regnum
Sicilie citra Farum regia auctoritate notarius et testes
infrascripti ad hoc specialiter vocati et rogati viri quidem
liciterati et inliciterati tenore presentis puplici instrumenti
fatemur, notumfacimus et testamur quod supradicto die
ibidem in nostrum quorum supra iudicis, notarii et
testium presencia personaliter constitutis proprie intus
monasterium Sancti Laurentii, prope dictam terram
Padule, intus cellam prioris, venerabilibus et honestis ac
religiosis viris domno Ilario de Venetiis dicti conventus
et monasterii priore, domno Nicolao de Alimania,
domno Iohanne de Liodio, domno Benedicto de Bresscia
vicario, domno Geronimo de Ferrara, domno Geronimo
de Corduba, domno Antonio de Burgensa, domno
Laurentio de Montefusco, domno Ilario de Burgensa
et domno Cesaro de Saponaria, monaci dicti loci et
conventus Sancti Laurentii ordinis Cartusiensis Sancti
Laurentii, quoadunatis quod invenimus intus dictam
cellam more eorum soltito agentibus et stipulantibus
ad infrascripta omnia et singula nomine et pro parte
dicti monasterii et eorum successorum ex parte una,
nec non domno Nicolao de Fina et domno Nicolao

Antonio Porcario, de civitate Potencie, procuratoribus, procuratorio nomine et pro parte venerabilis ecclesie Sancti Michaelis de dicta civitate, de qua procuracione nobis clare constitit per quodam publicum instrumentum exinde factum per manus notarii Galieni de dicta civitate Potencie coram iudice et testibus in numero oportuno, similiter agentibus et stipulantibus pro se ipsis et eorum successoribus et pro parte et nomine dicti monasterii ex parte altera. Que quidem partes ambe sponte coram nobis asseruerunt et disserunt hiis temporibus non multo longe decursis fore fuisse et esse motam nonnullam litem, questionem sive causam inter dictum monasterium Sancti Laurentii, actorem ex una vel eius procuratorem, et dictam ecclesiam Sancti Michaelis seu eius procuratorem conventum ex altera, de et super petitione cuiusdam petii terre laboratorie site et posite intus territorium dicte civitatis Potencie in contrata vulgariter nuncupata la Matina de lo Cupone overo de lo Bandito, intus quam terram existit quedam fons vulgariter nominata la Fontana de lo Cupone, iuxta bona dicte ecclesie Sancti Michaelis versus terram Titi, iuxta bona dicti monasterii Sancti Laurentii a parte superiori, mediante limite, iuxta bona dicte ecclesie Sancti Michaelis ab alio latere versus dictam civitatem Potencie, iuxta bona dicte ecclesie Sancti Michaelis etiam a parte inferiori, que fuerunt Antonii Zappa de dicta civitate et camere episcopatus Potentini et iuxta alios siqui sunt veriores confines. Prout ex dicta causa et lite factum et fabricatum fuit quodam processum in curia venerabilis in Cristoque reverendissimi archiepiscopi Salernitani seu eius vicarii, nec non quadam sententia lata in favorem dicti monasterii Sancti Laurentii in contumaciam dicte ecclesie Sancti Michaelis seu eius

procuratores, nunc vero supradicti prior et alii prenarrati et prenominati monaci dicti conventus Sancti Laurentii, habito prius, ut dixerunt, consilium ab advocatis dicti monasterii et cognoscentes pro meliori parte ita fiendum fore pro evitandis suptibus et expensis ac cognoscentes utilitatem et commodum dictum monasterium consequi quam incomodum potius sponte coram nobis non vi, dolo vel metu quoactia vel aliter, ut disserunt, circumventi, sed eorum et quilibet ipsorum bona, pura, mera, libera, gratuita et spontanea volluptate, habito prius, ut disserunt, inter eosdem consistorio, more et loco eorum solito, non obstante dicta sententia ut supra lata, sponte cesserunt, remiserunt ac refutaverunt dictas lites et causas ac litem et causam predictam ut supra motam volentesque dictum processum et dicta exinde facta ac dictam sententiam fore fuisse et esse et nunc in antea nullum vel nulla aut nullam ac nullus roboris et momenti reservando vel aliud pro parte dicti monasterii, preter si in futurum aliquas scripturas autenticas vel puplica documenta reperirentur ob quas dictam terram rationalibiliter et pleno iure spectare et pertinere deberet dicto monasterio iuxte, rationabiliter et pleno iure alias voluerunt dictam ecclesiam Sancti Michaelis seu dictos procuratores sui nomine fore et esse in veram possessionem dicte terre, cedentes et transferentes omne dominium, usum et proprietatem dicto monasterio vigore dicti processus et sententie competentem et competituram ac competiturum nisi modo premissis reservato, nec non cede(n)tes et remittentes sponte omnes et singulas expensas in dicta causa per dictum monasterium factas quocumque modo cum pacto de ulterius non petendo nec peti faciendo, et versa vice supradicti domnus Nicolaus de Fina et domnus Nicolaus

Antonius Porcarius, procuratores dicte ecclesie Sancti Michaelis, ut supra, refutaverunt et remiserunt dicto monasterio omnes expensas exinde per dictam ecclesiam Sancti Michaelis factas quocumque modo, pro qua ecclesia et eorum successoribus dicti procuratores promiserunt de rato et rata habitione de ulterius non petendo, quam refutationem, remissionem et cessionem ac omnia alia predicta infrascripta et in presenti instrumento contenta et presens instrumentum dicte partes ambe promiserunt sponte coram nobis semper et omni futuro tempore ratam, gratam et firmam, rata, grata et firma ac ratum, gratum et firmum habere, tenere et observare et in nullo contradicere, facere, opponere, allegare vel venire, in iudicio sive extra, publice vel occulte, sed potius semper et omni futuro tempore dicere et fateri predicta et infrascripta omnia et singula fore fuisse et esse vera et pro predictis et infrascriptis omnibus et singulis observandis et actendendis ac firmiter et inviolabiliter adimplendis et contra non venire, ut supra, sponte dicte partes ambe coram nobis obligaverunt sese una videlicet alteri et altera alteri altrinsecus et vicissim ac eorum successores et bona omnia dictarum ecclesiarum et monasterii mobilia et stabilia, presentia et futura ubicumque sita et posita vel dictus prior et monaci prenominati bona dicti conventus sive monasterii et dicti domnus Nicolaus de Fina et domnus Nicolaus Antonius Porcarius procuratores bona dicte ecclesie Sancti Michaelis et etiam bona eorum propria ad penam et sub pena unciarum auri viginti quinque applicanda et persolvenda pena ipsa si eam commicti contingat pro medietate curie cuique tam ecclesiastice quam seculari in qua de premissis reclamatio seu querela fore facta esset, et reliqua medietate parti tacenti et observanti

pactum ~~predicatum~~ ~~nae~~ ~~predicatio~~ ~~notario~~ tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicte partis observantis penam ipsam sollepniter stipulante. Que quidem pena totiens petatur, committatur et exigatur cum effectu quotiens premissis seu ipsorum aliquid fuerit contraventum ipsaque pena commissa vel non, exacta vel non aut quomodolibet gratiose remissa presens tamen instrumentum cum contentis in eo in suo semper robore et efficacia perseveret, rato semper manente pacto cum refectione et integra restitutione omnium et singulorum dapnorum, interesse et expensarum litis et extra que fierent, propterea quoquomodo, de quibus dapnis, expensis et interesse stari et credi debeat, simplici verbo partis observantis cum iuramento tantum, ita quod ab hiis appellari seu reclamari non possit nec reduci ad arbitrium boni viri, quodque in casu contraventionis premissorum liceat et licitum sit parti observanti vel eius successoribus propria auctoritate solum presentis instrumenti vigore capere et apprehendere, vendere et alienare ac insolutum et pro soluto sibi tenere et dare tantum de bonis omnibus et quibuscumque dicte partis contravenientis vel eius successorum ubicumque sitis et positis quousque dum et donec fuerit et sit tam in dicta medietate pene quam de dapnis, expensis et interesse integre solutum et satisfactum. Que bona omnia, ut predictur, obligata sponte coram nobis dicte partes ambe una videlicet pro altera et altera pro altera quonstituerunt sese et nunc in antea tenere et possidere precario nomine et pro parte partis observantis et non contradicentis, quod precarium liceat et licitum sit parti observanti quando voluerit, facto prius casu contraventionis propria auctoritate, solum presentis instrumenti vigore nulla alia sollepnitate iuris vel facti servata revocare et ad se

reducere et advocare et possessionem bonorum partis contravenientis recipere corporalem. Renunciaveruntque dicte partes ambe sponte coram nobis in premissis et circa premissa exceptioni et aptioni doli mali, vis, metus et in factum, exceptioni non sic celebrati contractus, rey predicto modo non geste seu aliter habite et secute quam superius et inferius continetur et est expressum, privilegio fori, beneficio restitutionis in integrum, lictis, privilegiis, cedulis et rescriptis, iuri scripto et non scripto, canonico et civili, competenti et competituro, condicioni indebite ob causam et sine causa ex nulla, iniusta et turpi causa, legi dicenti probationis modum non esse angustandum et bona capta incontinenti vendi non posse, legi prohibenti penam in contractibus in fraudem usurarum, legi dicenti generalem renunciationem non valere et legi per quod cavetur quod predicto iuri renunciari non possit aliisque legibus, iuribus, usibus, consuetudinibus, allegationibus et defensionibus iuris et facti a quibus et propter que pars forte contraveniens posset se defendere seu tueri et predicta quomodolibet adnullari in iudicio sive extra. Certiorate prius dicte partes ambe, ut dixerunt, de legibus et iuribus ipsis per iurisperitos antequam renunciassent eisdem quodque predicta omnia et singula vera sunt ac in sua semper firmitate persistent supradicte partes ambe ad sancta Dey evangelia visis et non tactis scripturis in manibus mey prefati notarii iuraverunt et debite prestiterunt iuramentum predicta omnia et singula vera esse et in suo semper robore duratura, ut autem in premissis et circa premissa fides plena quousque valeat adhiberi, factum est exinde hoc presens publicum instrumentum ad cautelam et certitudinem dicte ecclesie Sancti Michaelis et eius successorum per manus mey predicti signo meo

*certosino di San Lorenzo di Padula, a favore dei
consueti signati, sac signis, subscriptionibus
et subsignationibus nostrum qui supra iudicis et testium
infrascriptorum communitum et corroboratum. (SN)*

1

La Certosa di San Lorenzo di Padula aveva nel territorio di Potenza una sua grancia. Essa è menzionata in un contratto di vendita, del 12 luglio 1372, fatta da Isolda, moglie del notaio Angelo de Gaudiano, abitante in Pignola, a Martino de Laurenciana; ancora in contratto di cessione di diritti, del 25 marzo 1386, fatta da Margherita de Madio a Nicola de Jurno, di Pignola, oblato della grancia certosina (ASDPZ, fondo Trinità, perg. n. 51; FORTUNATO, *Badie, feudi e baroni della valle di Vitalba*, vol. III, *Cartulario e Codice Potentino*, pp. 338-339). La grancia era posta nella 'parrocchia' di San Michele e fondata probabilmente nella prima metà del XIV secolo per volontà dei Sanseverino, fondatori, del resto, anche della casa-madre agli inizi del secolo (PELLETTIERI, *L'edilizia ecclesiastica fino al XIV secolo*, p. 34; RESTAINO, *La città di Potenza nell'età medievale*, p. 103). Stando a quanto riportato dal Rendina, a metà del XVII secolo nella grancia vivevano due soli monaci, evidente segno di una struttura molto povera rispetto alla vicina e più solida - da un punto di vista economico - grancia di Brindisi di Montagna (RENDINA, *Istoria della città di Potenza*, ediz. Abbondanza, p. 224; ediz. Villani-Mariano-Caserta, p. 193; M. A. DE CRISTOFARO, *Conventi e monasteri nella città di Potenza*, in *Potenza capoluogo 1806-2006*, pp. 529-550, qui p. 530). Sulla grancia potentina si rimanda a *Monasticon Italiae*, III, *Puglia e Basilicata*, p. 194, n. 68. Un altro ospizio certosino era a Pignola ricordato nel testamento del defunto notaio pignolese Berardo de Berardo, di cui nel 1352 frate Giacomino, procuratore del monastero certosino di San Lorenzo di Padula, richiede il transunto di un codicillo che interessava la casa-madre (Archivio

della Badia di Cava de' Tirreni, arca LXXII, 115; cfr. *I regesti della Certosa di Padula*, cit., pp. 174-175, n. 438; *Repertorio delle pergamene dell'Archivio Cavense. Periodo angioino: 1266-1442, I, Regesti*, cit., p. 264 LXXII, 115). In genere, tutte le transazioni notarili su Potenza venivano trattate direttamente dal priore della casa-madre e non dal granciero. Nel 1357 Matteo Garritello e sua moglie Costanza, di Potenza, si rendono oblati della Certosa di San Lorenzo di Padula, alla quale lasciano tutti i loro beni per mezzo di frate Matteo autorizzato dal priore Angelo de Vito, come si riscontra in un contratto del notaio Angelo de Bonopari (Archivio della Badia di Cava de' Tirreni, arca LXXIII, 75; cfr. *I regesti della Certosa di Padula*, cit., pp. 191-192, nn. 496-497; *Repertorio delle pergamene dell'Archivio Cavense. Periodo angioino: 1266-1442, I, Regesti*, cit., p. 273 LXXIII, 75; CARLONE, *Le pergamene dei monasteri soppressi nell'Archivio Cavense*, p. 100, n. 468. Nel febbraio del 1360 il priore di San Lorenzo di Padula acquista da donna Carrubina un forno posto a Potenza (Archivio della Badia di Cava de' Tirreni, arca LXXIV, 15; cfr. *Repertorio delle pergamene dell'Archivio Cavense. Periodo angioino: 1266-1442, I, Regesti*, p. 379 LXXVI, 5; CARLONE, *Le pergamene dei monasteri soppressi nell'Archivio Cavense*, p. 104, n. 496). Nel 1373 fra Tommaso, converso del monastero di San Lorenzo di Padula, risulta procuratore del predetto monastero per i beni che esso aveva su Potenza (Archivio della Badia di Cava de' Tirreni, arca LXXVI, 5; cfr. *I regesti della Certosa di Padula*, cit., pp. 267-268, n. 709; *Repertorio delle pergamene dell'Archivio Cavense. Periodo angioino: 1266-1442, I, Regesti*, cit., p. 307 LXXVI, 5). Nel 1381 Pasquale de Tarallo di Casalapro, abitante in Potenza, con il consenso di sua moglie Masella, vende a Nicola de Iurno, di Pignola, oblato della certosa di San Lorenzo, una casa sita a Potenza nella 'parrocchia' di San Michele, confinante con un

3

4

5

6

7

8

† Ego Berardinus Macza de Padula regius ad contractus
iudex interfuit et me subscripsi. † Ego Robertus iudicis
Philippi testis sum. † Ego Perrus de Braita testis interfui.
† Signum crucis proprie manus Iohannis Macze de
Padula testis qui interfuit ydiote. † Signum crucis proprie

orto del convento di San Francesco, come da atto del notaio
Nicola Cortisio (Archivio della Badia di Cava de' Tirreni, arca
LXXVI, 117; cfr. *I regesti della Certosa di Padula*, cit., pp.
311-312, n. 824; *Repertorio delle pergamene dell'Archivio
Cavense. Periodo angioino: 1266-1442, I, Regesti*, cit., p. 320
LXXVI, 117. Si registrano altre vendite di beni immobili posti
nel territorio di Potenza a favore della Certosa di San Lorenzo
nel 1449 Archivio della Badia di Cava de' Tirreni, arca
LXXXII, 41; cfr. CARLONE, *Le pergamene dei monasteri
soppressi nell'Archivio Cavense*, p. 228, n. 1283).

Si desidera.

Così A.

Così A, si legga procuratorum.

Così A.

Così A.

In quel tempo era l'arcidiocesi di Salerno era amministrata
da Pietro Guglielmo de Rocca, arcivescovo dal 1471 al
1483 (UGHELLI, *Italia Sacra*, VII, col. 435; GAMS, *Series
episcoporum*, p. 919; EUBEL, *Hierarchia catholica*, II, p.
227).

Così A.

12

manus Ugonis de Brayda de Moliterno testis qui interfuit
ydiote. † Ego Iohanni de Scurta testis interfui.

9

10

Così A, si leggà interfui.
Così A, si leggà Iohannes.